



A Dial. cap. 35. & cap. 30. libri eiusdem. scribit, se certa relatione cognovisse, ea hora qua Theodericus Rex Arianus obiit, visam fuisse animam illius jaceri in foveam Vulcani, quae est in Sicilia & Sardinia in historia anni M.D. XXXVII. scribit, circa montem Heclam insulae Islandiae, unde erumpunt flammæ, & audiuntur tonitrua horribilia, sapientis animas apparere, quae se dicunt in illam immitti.

EX REVELATIONE.

INFERNI POENARUM REVELATIO, TAM ALIENARUM, QUAM PROPRIARUM, CHRISTIANORUM.

CHRISTUS Optim. Max. introducit in Euangelio divitem Epulonem lugubriter conquerentem, & sancto Patriarchae supplicentem, ut mitteret Lazarum, qui intincto in aquam digitis guttalam unam linguae suae infundaret, eò quòd totus in igne arderet, totusque cruciaretur. Quanta ergo calamitas est, hic toreretur? & una aqua gutta indigere, nullaque postulatione cum impetrare posse? Sed huic tam ingenti miseræ additur præterbit rira felicitatis amara recordatio. Respondit enim accipit: Memento, quia bonis multis in vita fruebare, Lazarus verò pressus erat malis: tu nunc cruciari, ille consolatur. Addit & fratrum superfluum irrequieta sollicitudo, cum tam vehementer expavescat, ne eandem & illi perniciem fortiantur, quos forsasse sciebat haud aliis moribus vivere, quam ipse vixerat. Non ergo satis est flammis excogitui, & ne linguam quidem tantis ardoribus expertem, multiplicium inasper curarum perpetua anxietudine exaltandam est. Marul. lib. 6. cap. 14.

Stacrum Ephesum, Joannes Apostolus, dum efferretur, ad vitam revocatum percontatus dicitur, Quid in alio orbe de illis duobus fratribus discipulis suis viderit, qui sibi aliquandiu religiosè adherentes, rursum per inconstantiam lubricitatemque desierant? Dum ergo is, quantum beatitudinem cum quali felicitate permutassent, coram recensuisset, continuo illi ambo omnes divitias paulò ante repetitas acceptasque (hæ autem erant viges in aurum versæ, & lapilli in gemmas, ut his redimerent possessiones, quas pro amore Christi distinxisse dolebat) ad pedes Apostoli effudere multis cum lacrymis, rogantes veniam ac dicentes, omnia se perpeti paratos, tantum ut primum gratiam apud Deum sibi reciperent liceret. Idem.

MACARIUS Alexandrinus, dum aliquando per Scythoticam solitudinem deambulare, calvariam hominis humi jacentem conspicens, cepit per Christum Jesum obsecrari, & interrogare, cujus fuisset, dum viveret? quove nunc in loco animus quondam inhabitator suus degeret? Aridum os, carneque, & nervis nudum prorupit in vocem, ac se gentilem fuisse, proximoque vici indigenam respondit: nunc verò in foveam barathri infernalis tam altè retrusum angustari, quam procul à terra distet cælum. Sed etiam se profundius rueri Judæos incredulos, & sub ipsis hæreticos Christianos, qui revelant divinitus veritatem mendacibus pervertentes sententis molantur. Idem.

EADUNDO Cantuariensi Archiepiscopo, die quadam in visu apparuisse ferunt latè parentem campum, squalentibusque arvis vastum, & in eo rusticis ejusdem, sola vite pravitate non ignobilis, exanime corpus ab ingenti corvorum multitudine certatim imperi, distrahique, & dilacerari. Deinde conderunt, ea ipsa die rusticum illum vita defunctum. Idem.

IOSEPHAT Avenir, Indorum regis filius, Barlaam Eremitæ inducitur, & discipulis ad Christianitatem conversus, meretriciæ ejusdem forma blanditiisque & proccacitate captus fuisset, nisi divina miseratione contigisset, ut parumper obdormiscens, & sanctorum gloriam, & damnatorum poenas videret. Eo somno confirmatus, in castitatis proposito perseveravit. Idem. Vide sequentem.

Tres quidam ad destruendam heresim eorum, qui animas non nisi corporibus in extremo junctas die, beatitudinis vel damnationis participes fore dicebant, D. Hieronymi factis testè & relictis, palam testari ceperunt, se Hieronymum duce loca paradisi, inferni, purgatorique perlustrasse: & cum demandati essent, eundem apud Deum gratia, antequam judicarentur, ad vitam redire jussos. Enarratis igitur omnibus, quae vidissent, sola infernalium poenarum recordatione à lacrymis temperate nullo modo poterant, quòd dicerent, tales ac tantas esse poenas illas, ut nulla penitus excogitari possent, cum ipsis comparanda. Itaque sine intermissione flebant, donec peracta 20. dierum poenitentia, rursum, ut prædicant, suis

exuti corporibus decedere non prius ad mortem, sed ad vitam. Marul. lib. 6. cap. 14. ex Cyrilli Hierosolym. epistol. Inter epistol. August. 206. cap. 2. & 3.

Idem Cyrillus refert, dum maestus oraret, indicari sibi poenas, qualiter se haberet Rufi nepotis sui nuper defuncti anima? se foretorem primò sensitè supra modum gravem, neque naribus omninò nisi compressis, tolerabilem, mox deinde ipsum Rufum conspexisse catenis candentis ferri præcinctum, flammis fumo mixtas ore vomentem, & toto profuso corpore ex ardoribus, quos intra se habere videbatur, scintillantem. Cumque hoc spectaculo contentius miraretur, & vehementer expavidus quæreret, quam ob culpam juvenis moribus integer, & ob id quondam omnibus caris, talibus poenis dignus judicatus esset? ab eodem didicisse, nihil ei aliud criminum fuisse datum, pro quo ita vexaretur, præter alæe lusorem, quoniam ipsa identidem usus esset, & levissimum, vel nullum peccatum existimans, illud Sacerdoti consecrari neglexisset. Marul. lib. 6. cap. 14.

Quidam in finibus Valeriae Provinciae ægrotans, priusquam Severus presbyter ad ipsum à peccatis abolvendum adveniret, diem suum obiit. Mox die eodem, Severi lacrymis ac precibus annuente Domino, revixit. Interrogatus, quid sibi, cum è corpore migrasset, contigerit? respondit se à quibusdam hominibus nigrioribus, quam Æthiopes sunt, & qui ore naribusque ignem efflabant, repetèd correptum fuisse, & peropaca loca atque alpera raptim deductum. Sed dum adhuc ducebat, à candidissimis juvenibus, multa luce constantibus, obviam factis dimitti, ac vitæ præstinæ restitutum fuisse, quòd dicerent, Severo presbytero hoc poscenti Deum concedere. Igitur cum peccata sua eidem confessus poenitentiam peregerisset, die septimo iterum, fed felicitus, obdormivit. Marul. ex Gregorio.

THEODERICUM Italiae regem Arianum, Solitarii quidam in Lipara Sicilia insula Deofervens, in ollam Vulcani, quæ flammam eructat, vindictam desiji vidit à Joanne Papa, Symmacho patricio: quos ille Catholicam tuentes fidem non multò ante occiderat. Merito ab ipsis præcipitari visus est, quos ipse præcipitatos in mortis ignominiam putavit, dum martyri coramarentur. Deprehensum quoque est eodem die igni interisse, quo talia de illo solitarii viderat. Marul. ex Simona lib. 4. cap. 20. & Diacono lib. 15. & D. Greg.

EURMORPHUS Romanus, Gallæ viduæ filius, cum animam ageret, clamare cepit, dicens: Pergite citò accertum mihi Stephanum Optonem: ecce enim navis ambo nunc ad Siciliam vectura in portu nos prætolatur, jam ortam solvit, jam vela suspendit. Insanire putabatur, donec rursus morantes famulos increpans: Non insanio, inquit, agite, jam hie, si libet, & quod volo, perficere ne cunctemini. Dum eunt, audiunt Stephanum illum decessisse: dum redeunt, Eurmorphus extuncum offendunt. Utriusque exitus eodem temporis puncto contigit: ut talis eventus doceret, haud temerè visum eos ad Siciliam evocari, ubi Æthna, sicut & infernus, igni flagrat intertingibili. Marul. lib. 6. cap. 14.

Quo tempore Gothi Italiam vastabant, Reparatus Romanus, improbus magis quam ignobilis vir, dum defunctus plangeretur, revixit: Et mittite, inquit, ad Ecclesiam Laurentii martyris, suscitatum, quid Tiburtius presbyter agat: vidi enim eum rogo impostum acriter toreri: vidi & alium rogam, qui flammæ mucrone cælum lambere videbatur: de flammâ quoque vocem erumpentem audivi, quæ indicaret, quis ille esset, cui poena hæc parabatur. His enarratis, repente obmutuit, non fidere, sed morte percussus: atque iterum illic, unde redierat, abiit. Tiburtius etiam infelicitem animam tunc exhalasse competens est, de quo hominum præjudicium factum fuerat, nemine non vitam illius desistente. Cum enim presbyter esset, nihil presbyteri habebat, præter figuram, ac nomen. Idem.

In Valeriae Provinciae regione Christianis quidam cum in vigilia Paschæ filiam ejusdem sibi amicissimam jam adultam ad baptismum tenuisset, contracta spiritali necessitudine eam illo die secum manere petiit. Concessam lauræ aque opipatè accepit, & quasi à se genitricis amoris signa ostendit, longè alium amorem celans in corde: nocte enim superveniente, missam vigiliavit. Cum illuxisset, tanti sceleris confusus ad Ecclesiam procedere credebatur: ne tamen de se suspitionem alius præteriret, petiit cum non modo divina vindicta amorem. Die septimo repente concidit mortuus: Cumque sepelirent eum, flammæ de tumulo erumpens ardere non desistit, donec cæderet simul cum conditorio abiumpit. Idem.

TURPINUS scribit, se, cum celebrasset Missam pro defunctis, in extasi constitutum, vidisse turram multam quasi præ-

dam ferentium, ac interrogasse, Quid ferrent: responsumque tulisse: Nos Maritimum portamus ad inferna: tibi neminem vestrum cum multis Michael fert ad superna. Vincent. lib. 24. cap. 20.

Monachus quidam natione Iberus, cui Petro nomen fuit, cum non satis monasticè viveret, mortem obiit. Mox autem corpori restitutus, dixit se vidisse inferorum tormenta, perpetuumque gehennæ ardorem: cumque prope esset, ut & ipse in ignem projiceretur, ab Angelo fuisse ereptum, & ad mortalem vitam, quam reliquerat, redire jussum: hoc addito, ut jam disceret, qualiter sibi deinceps vivendum esset. In tantum itaque postea immutatus est, ut ipsa corporis maceratione se verè vidisse restaretur, quod tantopere timeret. Marul. lib. 6. cap. 14.

Gulielmus, pater annor natus quindécim, noctu per vitrum quendam splendidum in locum tormentorum infernalium duci sibi visus est. Ac cum variis modis miserè homines excruciatu vidisset, tandem ad ipsum Diabolum, in mediis flammis ignea sella quasi pro tribunali sedentem, defertur. Mox teter quidam spiritus profluit, puerum acculans: Omnia, inquit, prava huic pueri semper gessisti. Verum eorum peccatorum, quæ puer paulò ante presbytero confessus fuerat, nulla profus facta est mentio. Puer luadente ductore crucis signo se muniens, omni damnationis metu eximitur. Vincent. lib. 27. cap. 84.

Fuit Romæ in Monasterio beati Pontificis Gregorii (ut idem tradit) adolescens quidam secularis, cum fratre Monacho manens, ita mundana vanitate deditus, ut nulla pietatis conversationis præcepta admitteret, upotè protervus, levis, vecors; ut qui magis rei familiaris defectu, quam amore, fratrem secutus esset. Hic ipse pehilitia percussus, cum jam moriens extremos ederet anhelitus, Monachus assidentibus, & pro salute ejus Deum deprecantibus, magno omnes pavore turbavit dicens: Facessite hinc, cur prohibetis, ne à dracone isto devoret, si illi datus sum? jam ignitis faucibus hausit caput meum, & stridentibus squammis quasi feris tractam tenens enecat me. Abire quoque, nam præsentibus vobis totum absorbere non potest, idcirco magis cruciat. Cunque admoneretur, ut se crucis signo defenderet: Qui possum, inquit, cum manus & pedes meos caudæ suæ spiritus circumvoluos colligari? Hoc audito, fratres in terram cum lacrymis prostrati ardenti pro eo supplicare ceperunt. Inde ipse melius factus, gratias Deo agere, quòd exauditis fratrum precibus à se tam immanem bestiam effugasset: in super vitam se aliam, si convalesceret, inchoaturum polliceri, terreneque omnia contempturn. Convaluit & quod promiserat præstitit, tam sanctè posthac vivens, quam antea petulantè. Marul. lib. 6. cap. 14. ex Dialog. Greg.

Iconii in Monasterio (quod Tongalaton dicebatur) Monachus erat, qui simulata sanctimoniam magnum apud omnes ad imitationem sibi comparaverat. At verò cum ægrotans ad diem vitæ suæ supremum accessisset, expavescens fratres convocat, hypocrisis (quam diu celaverat) prodit, & en videte, inquit, quòd me perdidit diu mentita sanctitas. Jejunium me assigi fingebam, sed occultè comedens, nunquam jejunabam: nunc inimico traditus sum, ecce me terribilis serpens tuortuosi corporis voluminibus implicatum tenet, ecce in os meum, quod clandestinis dapibus replebatur, caput indidit suum, & lethifero morfu sanguinem lactans admittit spiritum, sub hæc verba miser defecit. Idem. Ibidem.

CHRYSAORTUS Romanus, opulentus quidem, sed scelestus homo, cum ex gravi valetudine jam expiraret, apparuerit ille demones, ipsum certatim prehensantes, trahereque ad inferna nitentes: Ille tremens, Maximi filii sui opem stibiler implorare, seque super lectum, huc atque illic jactare cepit. Nemo spiritus videbat, & tamen nemo illos ibi convenisse dubitabat, cum illius gestus lamentaque consideraret. Postremo amicorum auxilium desperans, ad hostes conversus: Inducias oro, inquit, inducias vel tantum ulque mane. Dum hoc poscendo ingeminat, animam exhalavit. Idem.

VALENTINUM Mediolanensis Ecclesie curatorem, cum Genuæ defunctus in Ecclesia beati Syri martyris sepeliretur, noctu terribili clamore exciti Custodes, viderunt, per pedes vinculum foras protrahi à demonis, ululante vociferantemque. Eo visu currunt, abierunt quique ad cellam suam. Manè verò reliquis fratribus, quæ viderant, referunt, & unà cum illis advenit Valentini sepulchrum, apertum, vacuum inventum, admirantur. Deinde extra Ecclesiam corpus ejus quærentes

L. B. Theat. Vite Human. Tom. IV.

illic, ubi transpositum fuerat, jacere conspiciunt, sic vinculis Epedibus, sicuti tractum custodes dixerant. Idem. Romæ Tindor quidam in beati Januarii martyris Ecclesia sepultus, nocte sequenti ejulare auditus est, & quòd arderet, graviter lamentari. Manè ad aperta sepultura, vestimenta, cum quibus postus fuerat, invenerunt, corpus nulquam comparuit. Gregor. lib. 4. Dial. cap. 54.

In Sabinorum provincia Monialem quandam fuisse traditum est, quæ corporis caliditatem servans, linguam proccacitatis vitio polluebat. Cumque diem obiisset extremum, & in Ecclesia sepulta esset, Ædinus nocte intempesta Ecclesiam ingressus, vidit illam ante altare distentam secari per medium partemque superiorem igne cremari, inferiorem verò relinqui intactam. Mane igitur visis fratribus narrans, dum locum in quo eam uri conspexerat, ostendit, deprebensa sunt in marmoreo solo ardoris vestigia. Greg. Magnus lib. 4. Dialog. cap. 50. & Marul. lib. 6. cap. 14. Ubi de horrendis damnatorum poenis multa ex sacris promittit literis.

CAROLUS MARTELLUS Francorum rex, spoliator temporum Episcopum è sedibus eiecit, quòd Romanofredo studiose eum diceret. Is in sedem à Pipino Martelli filio restitutus, Fulradum Fædis Dionysii Antistitem ad se vocatum, ire ad sepulchrum Martelli jubet, ac corpus querere, sicuti comparet: animam enim sempiternis suppliciis destinatam. In conditorio Martelli serpens inventus est, sive quòd ex hominis spina id animantis genus enascatur, sive id divina iræ testimonium eò certius fuit, quòd secundum tam recens sumus, sepulchrum, alioqui inane, & nullis humani corporis vestigiis reliquie apparuit: dicitur; intus vastitas, solitudo, horror, atraque species: ac velat incendio atrum, clausum de horreo conditorium, ac suis redditum tenebris, Eucherioque de manibus credidum, qui de corpore vates videretur. Amelius lib. 2. & Martini Chron.

Cum per invidiam duo presbyteri Sidoniam Avemorum Episcopum à dignitate deiecerint, & alter horum cum foribus simul animam egressisset, ingressurus templum: alterius, qui ad Episcopatum jam evehendus erat, poena, Pocillatori in somno demonstrata fuit. Cum enim coram tribunali Dei à Sidonio accusari videretur Episcopus, & nemo esset, qui presbytero nunciaret, ut se ad tribunal judicis listeret, pocillatori hoc muneris fuit impostum. Qui expectretis somno, cum novo Episcopo in prandio ministraret, hoc ei somnium enatrativ, monuitque, ut sine alia mora ante judicis tribunal se listeret. Episcopus hac narratione ita exanimatus est, ut poculo è manibus lapsò, ipse humi caderet, & moreretur.

BENEDICTUS VIII. post mortem apparuit Humberto Archiepiscopo in solitudine (quo in vita familiariter usus erat) nigro equo infens. Illo autem quærente, Ene tu Benedictus Papa, quem nos jam dudum mortuum esse novimus Sum, inquit, ego infelix. Tum ille, Quomodo recum, mi pater, agitur, cur nigro veharis equo? Hic ait: Graviter torquetur, sed confido me misericordia Dei propediem liberatum iri. Quæso autem, vade ad successorem meum, eique die, ut pecuniam hæc includam, & in terra occultatam (simul locum demonstrat) eruat, & meo nomine pauperibus distribuat. Fecit mandata Episcopus, & Monachus factus est. Platini Antonini. 16. cap. 1. Martini in Chron. ex Petro Dam.

DUNSTANUS Cantuariensis Archiepiscopus, ob reprehensas Eduvini Anglorum regis libidines, in exilium ire jussus, in templaria Diabolum alta ridentem voce audivit. Cui magno ipse animo respondit: Nihil super exilio meo gratuleris: quia plus est, quòd me redeunte doleas, quam quicquid me exulante lætari valeas; sicque Diabolus discessit. Porro non multò post dignitate sua Eduvino exuto, à fratre revocatus, ad suam Ecclesiam rediit Dunstanus, & cum in templo precibus aliquando intentus esset, Diabolorum cæcum choreas ducentium sibi ob oculos oberrare vidit. Cumque de tanta Dæmonum lætitia diligentius inquireret, Eduvinum expirasse, ejusque animam jamjam gehennæ tradendam ex istidem cognovisset, sed tamen prius hoc Dunstano ex Dei mandato nunciandum. Is verò mox in terram prostratus, largas pro rege damnato effudit lacrymas: nec prius ab oratione desistit, quam ejus animam liberatam esse certior fieret. Rediit itaque Diabolorum agmen magno ululatu in Dunstani conspectum, in hos clamores erumpens: O hominem fidei deserventem, & nostris semper beneficiis minis gratum! ad ulciscendâ injurias tuas venimus, ecce adversus increpationibus tuis confusi reddimus. Cumque ille mandaret Dæmonibus, ut veritatem dicerent, cognovisset ex Diabolis, animam regis Angelicæ virtute

A illis ereptam esse, carque in fortem penitentium colloca- tam . Tunc exultans, furores illorum tali ratiocinatione com- pescuit : Si peccavit, inquit, homo iste, in Christum pec- cavit, & in me. Quod ergo Christus, & ego dignati sumus indulgere, vos qua temeritate audetis improbe reprehende- re ? Hac sententia terri spiritus quasi sagitta percussit, multum- que in vento dissipatarum instilar, diffugere . Vincent. lib. 24. cap. 77.

Anno Domini 671. juxta Siebertum, quidam nomine Dri- thelmus in regione Northanumbriorum, que vocatur Incun- ningum, vir pius, & honestus incidit in morbum: eoque ag- gravecente, vesperi moritur. Diluculo vero cum ad feretrum affiderent pro more stantes amici, & uxor, reviviscit, sequo erigit. Perterriti omnes fugiunt primum, sed tandem res ipsa cognoscunt eum vivere. Ille autem ad uxorem inquit: Noli timere, quia jam verè resurrexi a morte qua tenebat, & apud homines tum iterum vivere permittis. Non tamen ea mihi, qua ante confueveram, conversatione, sed multum dissimi- li ex hoc tempore vivendum est. Statimque largens abiit ad villulam oratorum, & usque ad diem in oratione persistens, B mox omnem quam possederat substantiam in tres divisit por- tiones. Quibus unam conjugii, alteram filii tradidit: tertiam sibi ipsi retentam, statim pauperibus distribuit. Nec multo post seculi curis absolutus, ad monasterium Mailros, quod Tudi fluminis circumflexu maxima ex parte clauditur, per- venit. Acceptaque tonsura, locum secretæ mansionis, quam præviderat Abbas, intravit: & ubi usque ad diem mortis in tanta mentis, & corporis contritione duravit, ut multa illum, que alios lærent, vel horrenda, vel desideranda vidisse (etiam si lingua silet) via loqueretur. Narrabat autem horrenda, que vidisset de penis impiotum. Vide Vincent. lib. 23. n. 119.

Anton. tit. 13. cap. 2. Cum Pandulphus Princeps Capuanus aureum calicem cenobio S. Benedicti eripisset, post obitum ejus, puer venatorius eum ferreis nexibus vincitum, & in cœno, & fœdo loco usque ad guttur demersit, & restibus a duobus nigeris spiritibus in profundum subinde demitti, & iterum extra- citi vidit. Causam rogatus, respondit: Quoniam aureum calicem cenobio S. Benedicti eripui, & in agone mortis resis- tere neglexi. Obsecrabat autem uxori talia indicari, ut Mo- nasterio erepta bona reddat. Quod tamen mulier illa avara minime præstitit. Chron. Cassinense lib. 2. cap. 62.

Eremita quidam in rupe juxta publicam viam ditiosis Neapolitanæ habitans, dum noctu post Palmorum recitacionem ad explorandam horam aperiret fenestram, vidit Ethio- pes longo ordine incedere, & stramine onustos incendium minari. De sua conditione interrogati, se demones esse di- xerunt, & fomites ignium comburendis hominibus conferre; jamque Pandulphum Capuanum Principem morti vicinum prætorari: eademque hora Pandulphum expirasse deprehensum. Confestim Velevis mons flammam evomuit, tantaque copia resina sulphurea inde effluxit, ut torrentem faceret, qui cum impetu le in mare exoneraret. Chron. Cassinense lib. 2. cap. 18.

EDUARDUS I. Angliæ rex, in Scotiam cum exercitu contra Robertum Brusium, qui se regem dixerat, profectus, gravi morbo correptus, nullo penitentia signo dato, nec Sacramen- tis pro more acceptis, in furcam actis, prius LV. Scotis impu- beribus nobilibus, expiravit. Equitem quendam Guilielmum Banistrum narrat hora mortis ejus in ecclesiâ vidisse E- duardum a demoniorum turba, graviterque flagris castrum, ad Tartara detractum: eundemque, quem ad se redisset, mirandum in modum exterritum, ac paulo post in mor- bum incidisse, nec deinceps unquam vita ex animo depo- nere quivisse. Itaque etiam ubi convalescisset ex morbo, muta- ta vita, penitentiam ad ultimam ætatem egisse. H. Boeth. lib. 11.

Cum Udo Magdeburgensis Episcopus, ne signis quidem ac divinis vocibus commotus, ab impudicitia sibi temperaret, vire religiosi Deum, ut Episcopum aut corrigeret aut tol- leret, rogantur. Inter eos cum noctu in Cathedrali Ecclesia S. Mauricii Fridericus Canonicus ejusmodi precibus ope- ram daret, vehementioris venti afflatu omnia, que in templo erant, lumina ex tinguuntur, nec multo post duos juvenes venite, duo candelabra accensis cereis ferentes, & Christum cum parente ejus atque Apostolis subsequi. A quibus cum essent vocati sancti homines, quorum corpora in templo quiesce- bant, visus est inter eos Mauricius venire, qui longa atque gravi oratione Udonem Episcopum acculavit: quem haud

multo post Christus nudum afferri a duobus jussit, atque dam- navit. Is autem pugno ab ipsorum altero, qui eum portavit in mediis renibus graviter ictus, Christianum hostiam, quam in communione pridie ejus diei sumperat, revomit in calicem, qui altari impositus fuit, atque securi percussio Udonem, rerum illarum omnium imago evanuit. Quare vehementer terretur Fridericus, cum ad altare accessisset, calcenque in eo esse cum sacra hostia inspersisset, & simul Episcopum mortuum humi jacentem, alios religiosos viros excitavit, qui ablatum inde Episcopi corpus in agro sepeliverunt. Fulg. lib. 9. cap. 12.

PAULUS Episcopus Cracoviensis, homo nefarius, cum a Boleslao pudico Polonorum principe captus, se magna vi pecu- niæ redemisset, vindicte studio Tartaros, & Lituanos ad diri- piendam Poloniam sollicitavit. Hic cum Cracoviam apud Do- minicanos fratres commoraretur, quadam die coelitus incre- pitus esse ferret, hujusmodi verbis: Væ tibi Paule Episcope: melius tecum actum esset, si naus non fuisset: atque hanc vo- cem a septuaginta hominibus tunc circumstantibus au- ditam esse. Monachus etiam quispian per quietem vidisse dicitur, lupum erectis prioribus pedibus contra eum humana voce exclamantem: Væ tibi Paule Episcope, quoniam peccasti, & occidisti. Hoc quoque cum ille renunciavit Monacho ac- cepisset, expavescens, ferret scelera sua majorem in modum deplorasse. Dumque solus cubiculo stetit indulget, rursus talibus dictis compellatum esse memorat: Ne timeas Paule Episcope: age quod lubet, septimo abhinc anno morieris: Atque eum respondisse: Optimè tecum achuram esse divinis misericordiam, si tibi septem annorum spatium ad expianda præterita peccata concederet. Has quoque voces ab iis, qui ad fores cubiculi observabant, exauditas esse. Obiit anno 1292. Cromer. lib. 10.

In Polonia homo quidam splendidus equestris ordinis, sed violentus, & rapax, & suis jura ac alienis hominibus gravis, cum graviter ægrotaret, admonitus crebro a religiosis quibus- dam viris, ut ad Dei clementiam confugens, animæ suæ salu- titi consuleret, negativis viis venie locum relictum esse: jam enim divino judicio traditum se esse damnationi potestati. Nec mora, audiuntur a circumstantibus vehementium verberum, & percussionum strepitus. Apparent in corpore ægroti fœdi livores atque vibices, ita ut omnes obtusecessent. Inter hæc ille infelix nullam vocem, nullamque genitum edens, inseli- cem animam exhalavit. Anno 1276. Cromer. lib. 9.

In Pelignis oppidi cujusdam dominus superbe avarèque ci- vibus imperitabat, ac trucibus dictis factique in subditos ser- vilem in modum animadvertere solebat, eoque licet imperata facerent, neque legem mandata exequerentur, ob leves ple- rumque causas, penis & damno multabat. Fortè autem, quum homo quispian, aliqui bonus, ipsius venaticum canem ad necem usque verberasset, dominus eum in pessimum conjecit carcerem, tam foribus, quam omni aditu obsecro, ne elabi posset. Post dies aliquot quum ad illum accederet pro more custodes, eum nusquam invenere, & rem ad dominum detu- lere. Quod quum credi vix posset, post tres ferme dies, idem ipse rursus in eodem intus carcere apparuit, & attonito stupen- tique similis, ut ad dominum quantumvis admittetur, postu- lavit: habere quod illi properè nunciaret. Ad eum admittens, se quum diutius carceris iniquitate ferre nequiret, malum da- monem, ut sibi præfco esset, ad vocasse dixit. Demonem fœdo aspectu & terribili facie secum pactum fuisse, & per ferrea claustra non sine gravi pressura extrulsum, in loca inferna actum esse præcipitem, singulaque iustitiae, impiorumque supplicia, & sedes consecratas vidisse: reges & summos duces in ab- rupto hiatu & profundo voraginis, densa metros caligine, affi- ctiari, & furiarum ardentibus facibus agitari: Ponduces in- fuis & trabes, purpura & auro distinctis, ac gemmis ornatis, altaque miserabiles facies omnis generis hominum, ætatum & ordinum, in vulu variè affictos, & jacentes inter præcitas vo- tagines, alios immenso limo haustos, æternis suppliciis, & no- tæ cruciari, ipsorumque damnata scelera sempiterno dolore puniri, inter quos plures, quos vivus noverat: adnotavit & præcipuè vicinum quendam, domini æqualem fœdalemque. Ab eo agnitus, & interrogatus, quid rerum ageretur: quum ipse patriam gravi servitio, & crudeli domini premi respon- didisset, illum mandasse, ut domum nunciaret, caveat, ne quid tale ageret in posterum, namque illi vacuam sedem, quam propè cernebat, præstituram esse: utque fidem dicto haberet, meminisse (inquit) illum debere secreti consilii, & mutæ pa- trionis, quam duot unâ militarent, & in castris agerent, clam

invisissent, cujus nemo particeps aut conficius unquam fuit. Quod pactum quum ille enunciasset, & singula verba, quibus uterque alterius erat, receperat, dominus mirum in modum obstupuit, quomodo, que soli sibi credita, & nulli unquam enunciatu fuerat, homo ille recivisset. Adjiciunt miraculo, interrogatum, nunquid aliquo cruciatu afflicterentur, qui in- signi veste & auro conspicui forent? respondisse, perenni in- cendio, ique totum quod auro & purpura fulgeret, ignem atque incendium esse: quumque ipse experimendi causa propius manum purpure admovisset, admonitum ab eo fuisse, ne tangeret: & tamen efficere nequisse, ut non ex calor afflatu palma sibi manus, quam tunc ostendebat, adiret. Erat enim pustulis liventibus, & igne sacro ferè consumpta. Referunt præterea, qui illum adivere, eum, posteaquam ab inferis emer- sit, quasi attentum hebetique aurium & oculorum sensu, sem- per cogitantem inaccessibile, vixque seipsum interrogatum, collo- quenti respondisse: vultu vero tam terro, & aspectu tam de- formi, ut a conjugio & liberis vix agnosceretur. Sæpiusque obortis lacrymis, ob facie diricem & speciem hominis fœ- distimè mutatam, notos afflicteque ipsum alloquutos fuisse: ægredere ut ante obitum, qui mox consequutus est, res suas dispartiret, ac liberis & posteritati confuleret. vitæ spatium habuisse. Alex. lib. 6. c. 21. Genialium dierum.

ETHNICORUM.

Plato de Republica lib. 10. narrat apologum Heri Atmenii, genere Pamphylii: qui cum inter multos cecidisset in prælio, decimoque post die cadaver æterum tolleretur, reliquis putribus, hujus unius cadaver integrum atque incorruptum adhuc apparuisse, domumque deportatum, ut iustis ceremoniis sepeliretur, die duodecimo, cum esset imponendus rogo, revivisse, ac prodigiola quedam narrasse. Que diebus illis de- cem apud inferos tum iens, tum rediens conspicuus esset. Val. Max. lib. 1. c. 8. & Macrobi. in Som. Scip.

PLUTARCHUS in commentario de Demonio Socratis nar- rat, Timarchum quendam in Trophoni specum ingressum, posteaquam illinc redisset, prodigiola dicta narrasse sibi vi- da, non abhorrentia ab iis que venerat. Bæda & alii nonnulli Christiani scriptores de inferis prodiderunt. Erafm. in Ada- C. 11.

PYTHAGORAS ad inferos se descendisse fabulatus est, & Ho- meri simul atque Hesiodi animas diris cruciatibus affici affi- mavit, quod de Diis turpia & impia dixissent. Fabulosus est Ulyssis ad inferos descensus apud Homerum in Næcomantia, item Aeneæ apud Maronem 6. Aeneidos: fabulosa etiam que de penis impiorum & campis Elysiis affe- runt; sed non ita fabulosa, quum multo graviora impio man- sent supplicia, que neque animo concipi, necdum verbis ex- primi queant.

Vide nonnulla Tit. sequenti.

\* Ex visionibus quibusdam.

Quidam Illyricanus Monachus, qui in hac urbe in monaste- rio mecum vivebat, inquit S. Gregorius, mihi narrare con- sueverat, quia quodam tempore cum ad lucem in eremo mora- retur, agnovisset, quod Petrus quidam monachus, ex regione ortus Hiberiæ, que ei in loco vastæ solitudinis, cui Juana no- men est, inhærebat, sicut ipso narrate dicebat, priusquam Dæremum pereret, Hæliodia corporis interveniente defunctus est, sed protinus corpori resumpto, inferni se supplicia atque innumera loca flammarum vidisse testabatur. Qui etiam quos- dam hujus loci potentes in eisdem flammis suspensos se vidisse narrabat: qui cum jam ductus esset, ut in illas & ipse mer- geredet, subito Angelum coruscis habitibus apparuisse fatebatur, qui eum in ignem mergi prohiberet: qui etiam dixit: Regre- dere, & qualiter tibi posthac vivendum sit, cautissime attende. Post quam vocem paulatim recalcensibus membris ab æter- niæ mortis fomno evigilans, cuncta, que circa illum fuerant gesta, narravit: tantique se postmodum juniis vigiliisque con- stitit, ut eum inferni vidisse & permittisse tormenta, etiam si taceret lingua, conversatio loqueretur. S. Greg. Magn. lib. 4. dial. c. 36.

Illustis vir Stephanus, inquit S. Gregorius, quem bene no- sti, de fœderis mihi narrare consueverat, quia in Constanti- nopolitana urbe pro quadam causa demeratus, molesta corporis suspensio detentus est: cumque medicus atque pig- mentarius ad aperendum eum atque condiendum esset que- situs, & die eodem minime inventus, subsequente nocte cor-

pus jacuit inhumatum. Qui ductus ad inferni loca, vidit mul- ta que prius audita non credidit. Sed cum præfidenti illic ju- dici præsentatus fuisset, ab eo receptus non est, ita ut diceret: Non hunc adduci, sed Stephanum ferrarium jussi. Qui ita- tum redactus in corpore est, & Stephanus ferrarius, qui juxta eum habitabat, eadem hora defunctus est: sicque probatum est, vera fuisse verba que audierat, dum hæc effectus mortis Stephani demonstravit. Ante triennium quoque in hac pre- sentia, que hanc urbem (Romam) clade vehementissimè depopu- lata est, in qua etiam corporali visu sagittæ coelitus venire & singulos quosque ferire videbantur, sicut nosci, Stephanus idem defunctus est. Idem. Ibid.

Pergit idem d. Gregorius his verbis: Quidam miles in hac urbe nostra (Roma) percussus, ad extrema pervenit. Qui edu- ctus de corpore, exanimis jacuit; sed citius rediit, & que cum eo fuerant gesta, narravit. Ajebat enim (sicut tunc res eadem etiam multis innotuit) quia pons erat, sub quo niger atque caliginosus, fœtoris intolerabilis nebulam exhalans, fluvius de- currebat. Transacto autem ponte, amœna erant prata atque virentia, odoriferis herbarum floribus exornata, in quibus al- batorum hominum conventiuncula esse videbantur: tantique in eodem loco odor suavitatis inerat, ut ipsa suavitatis fragran- tia, illic deambulantes, habitantemque fatiaret. Ibi mansio- nes erant diversorum, singule magnitudine lucis plene. Ibi quedam miræ potentia edificabatur domus, que aureis vide- batur laterculis constructa; sed cujus esset, non potuit agnosci. Erant verò super ripam prædicti fluminis, nonnulla habitacu- la: sed alia exurgens fœtoris nebula tegebat, alia autem exur- gens fœtoris & fluminis minimè tangebatur. Hæc verò erat in præ- dicto ponte probatio: Ut quisquis per eum vellet in justorum transitu, in tenebrosam ferentemque fluvium laberetur; jussi verò, quibus culpa non obstitit, securo per eum gressu, ac libero, ad loca amœna pervenirent.

Cum Josaphat adolescens, Avenniri Indorum Regis filius, ac Barlaam discipulus, per aliquot horas cum lacrymis preces fudisset, genuaque per seipsum flexisset, in terram se prosterrens, ut spiritum carnis superaret; paululum obdormiscens, seipsum a quibusdam horrendis viris accipi vidit, regionibusque quibus- dam, quas nunquam viderat, peragratis, in amplissimum campum perducti, pulchris floribus, atque ingenti suavitatis præditum, ubi & plantas omnis generis carnebat, inusitatis qui- bukdam & admirandis fructibus, tum visu jucundissimis, tum perceptu suavissimis redundantes: Arborum porro fœlia ex- tenuissima quadam aura dulcem sonum edebant, ac dum impel- lerentur, inexpectabilem odoris fragrantiam emittentibus. Quin etiam sedes illic sitæ erant, atque atque ingentis pretii lapideus fructus, luculentum fœus splendorem offerentes, lectique item illustres miris quibusdam fragulis, atque elegantia, omnem orationis facultatem superante, coortati. Ad hæc atque profusabant perquam limpida, & ocularumque ipsos oblectantes. Tum autem per ingentem atque admirandum hunc campum, horrendi illi viri cum in urbem quendam introdixerunt, in- narrabili splendore rutilantem, ex pellucido quidem auro mu- ros, ex lapidebus autem, a nemine unquam visis, pinnas, ac propugnacula extructa habentem. Et quis tandem est, qui ur- bis illius pulchritudinem, ac splendorem sermone consequi pos- sit? Lux porro supernæ radiis identidem micans, omnes ipsius vicos implebat, atque alati quidam exercitus lucidi omnes in ea morabantur, ejusmodi cantum edentes, quem nunquam mortalis auris audivit, vocemque dicentem audit: Hæc eo- rum, qui justitiam coluerint, est requies: Hoc eorum, qui Do- mino suæ vitæ rationes probaverint, oblectamentum. Hanc au- tem ex illo loco educunt, terribiles illi viri retrorsum ducere velle dicebant. At ipse jucunditate illa, lætitiæque animi om- ninò raptus, Ne me quaeso, inquit, ne me, inquam, hac lætitiâ, que nullis verbis exprimi potest, private: verum hoc mihi concede, ut in uno amplissima hujus civitatis angulo degam, Illi autem ad hunc modum respondebant: Fieri nunc minime potest, ut hic sis. Hoc autem multis laboribus, ac su- doribus tandem consequeris, siquidem tibi ipsi vim intuleris. Hoc sermone habito, ac maximo illo campo tuis peragrato, cum in tenebrosa loca, omnique meroris plena, atque cum eo splendore, quem prius conspexerat, ac lætitiâ illa, & diametro pugnantia, duxerunt. Erenim obscura profusa ac tenebrosa ca- ligo erat, atque afflictio: ac tumultu totus ille locus redunda- bat. Illic ignis fornax accendebatur, & carnisque vermium genus serpebat, ultricesque virtutes fornaci imminebant. Ac nonnulli miserum in modum igni conflagrabant: voxque hu- jusmodi audiebatur: Hic sceleratorum locus est: hic eorum cru- ciatus, qui fœdis flagitiis seipos contaminarunt. Post autem

A ab his, qui eum illic introduxerant, ex eo loco eductus est. Statimque ad se rediens, toto corpore contremiscebatur, lacrymarum fluminum instar ex ipsis oculis fluebant: atque omnis impudicitiae turpido, quovis ceno & sanie foetidior, ipsi vultu est: memoratque ea quae viderat recolens, tum bonorum illorum cupiditate, tum dolorum illorum metu correptus, in lecto iacebat, sic effectus, ut nulla ipsi exurgendi potestas esset. *Isaam. Damose. in hist. S. S. Barlaam & Iosaphat. c. 20.*

Recentius est illud ex *Annal. Societ. ann. 1596. sub Coll. Mexio. ad aed. S. Greg.* quod in Mexicana Provincia contigit anno Domini 1596. Erat in oppido quodam Mendicus indigena, tanta morbi pressu gravitate, ut die quadam sensibus omnibus destitutus pro mortuo haberetur: jacuit exanimi similis horas multas, ad eum vocatus noster Sacerdos, qui loca illa peragrabat, aegrotos levandi causa, cum explorato venarum pulsu, nullum in eo vitae residuum sensisset, ratus illum esse mortuum, quando nihil aliud supererat, funebrem illi ex forma Ecclesiae planodiarii, caeremoniamque perolvit: ut, cum maturum esset, terrae mandaretur. Interim alios ejusdem oppidi aegrotos adit, cum ecce tibi post duas horas, exanimis B ille aegrotus, quasi somno exproptereus, Sacerdotem, cui peccata confiteatur, accessit postulat: advenit pater admirationis plenus, aegroti excipit confessionem, qua peracta, togas Sacerdotem aegrotus, ut quae in eo mentis excessu viderit, audire ne gravaretur. Narravit se in latam quandam viam, & spatiofam esse deductum, per quam innumerabiles homines iter facerent: hanc autem quod longius tenderet, eo magis in arcum coarctari: donec in vastum quandam hiatum, immanentemque voraginem desineret, quo cum descendisset, in eas angustias deversit, unde se non posset expedire, omni tum progrediendi, tum regrediendi adempto potestate. Conjectis inde oculis in objecta praecipua, vastam quasi calcariam fornacem vidisse ingenti igne succentam, inde has voces accepisse se (ad verbum refero) Nunc scelerati ebrietatis, turpitudinis & rapinarum poenas lucis: nunc illatas pauperibus injurias ulciscemur. Harum vocum terrore percussum sese, a viro admiranda specie in manu apprehensum, ex angustis illis, impeditisque ac confragosis salubris ereptum, in summum montis jugum, inde quae aspera, & lapidosa semita, in latissimam, amenissimamque planiciem, perpetua viriditate, gratissimamque florum specie vernantem esse deductum: inde in locum clariore lumine lucentem devenisse, ibi portam majore adhuc splendore fulgentem intrare conatum, à duce suo retentum esse, monitumque iterum, ut rediret in vitam, animique sordes confessione purgaret, tunc ipsi intra eam portam ingressum expeditum fore. Admonere igitur, subjecit ille, venificam illam popularem turam horum suppliciorum, quae vidisti: mortem propter imminere, aeternaque supplicia fornacis, quam spectasti, nisi animum male actae vitae penitendo subeas. Caciquium quoque (hoc unum indigent) Dynastae oppidorum domini afficiunt: & hic Christiana sacra jam susceperat) in venerem, adject, & crapulam effusam, qui, quod procatius in omnium turpitudinum ceno voluere, velles induit mulieres; mox ut maturet sibi consulat; & per confessionem peccatorum, vim irati nutumque a se avertat. Quae cum narret, omnium sacramentorum praesidio munitus, triginta tantum vixit horis.

\* INFERNALIU POENARUM ATROCITAS

ALIIS EXEMPLIS, ET APOPTHEGMATIBUS

adfecta.

D

EARUMQUE CONSIDERATIO PERUTILIS.

Juvenis quidam in Theonitae partibus, ex sanguine principum, plenissime generosus, sed moribus & vita degener, Episcopatum male sanctus accepit. Qui rapinis & luxuriis verendum primò, sed inverecondissimè postmodum operam dedit. Castigavit autem eum Dominus flagello multiplici. Sed cum abuteretur eo in superbiam, dedit eum Dominus in reprobam mortem. Qua in hora venerabilis Conradus, Deo dignus Hildemensis Episcopus, ad matutinas intempetate noctis silentio surrexerat, illi quae dictis, relictis ad studium, facturus in die sermone. Nec mora, raptus in spiritu, videre se vitus est Episcopum quandam, velata facie, sed infulis insignitum, ad tribunal Judicis rapti. Mox adfuit truci vultu facillies, aculant Episcopum: unus in rapina, alius in caede hominum, atque alius in luxuriis lubricantem. Tunc Judex assessoribus suis: Accusata discite, librate iudicium, ferte sententiam. Nec mora, afflictores parenti Judici, ferunt in commu-

ne sententiam. Judex approbat latam, accedunt ministri super fuliginem nigrores, qui ablata mitra de capite, Anulum, Casulam, Dalmaticam, ac reliqua Episcopalia vestimenta detracta, ad pedes Judicis ponunt, nudumque relictum, cum clamore rapiunt ejulantem, & à facie Judicis trahunt ad tartara, nihil secum praeter peccata portantem. Mox affertur Judicis surgent, & cum cantu canoro subsungunt, Dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes. His visis in spiritu dictus Hildemensis Episcopus, revertis in se cogitare cepit, quisnam fuerit ille miserabilis praefatus: & ecce quidam ad ostium pulsans, intronitus est, clamans cum lacrymis, talem Episcopum in proximam villam venisse de vespere, & sub eadem noctis hora repentina morte subtrahum. Quo audito sanctus praefatus, miserimo illi defuncto condoluit: & licet initer quodam subventionem, pro pietate tamen, lacrymas amarissimas fudit. *Thomas Caniprat. lib. 1. c. 3. 16.*

VVALTERUS de Mere vir nobilis, satelles Caroli V. Imper. cum aliquando navigaret ad partes Boreales, Islandiam versus, secundo vento, vidit navem ex adverso ferri, eundem secundo vento, atque in puppi illius quoddam monstrum, instar hominis nigerrimi, tanquam navarcham constitutum. F Cumque nauta hujus Vvalteri pro more acclamaret, quid mercium veherent, & quorsum tenderent? respondit quidam N. nominando civitatem, in qua fuerat Archiepiscopus, & tendimus ad montem Heclam. Quo audito, Vvalters in mente totum contremuit, & vitae suae rationes subducere incipiens, cum primum Leidam Hollandiae reversus est, amplexus est institutum D. Francisci, ibidem sub patre Vvibelmo Delphensi professus (qui haec domi meae, in plena mensa, multis ignis viris assistentibus, exactè narravit) & postmodum Dordraci sepultus est. *Tilmannus Bredem. collat. sac. lib. 8. cap. 12.*

JULIANUS hujus Romane Ecclesiae, qui Deo auctore deservio, secundus defensor, qui ante septem ferme annos defunctus est, ad me adhuc in Monasterio positum, crebro veniebat, & mecum colloqui de amice utilitate consueverat. Hic itaque mihi quaedam de narravit, dicens: Theodorici Regis temporibus, pater foeci mei, in Sicilia exactorem canonis egerat, atque jam ad Italiam redibat. Cujus navis expulsa est ad insulam, quae Liparis appellatur. Et quia illi vi quidam solitarius magnae virtutis habitabat, dum nauta navis armamentaria repararet, visum est praedicto patri foeci mei, ad eundem virum Deo pergere, seque ejus orationibus commendare. Quos vir Domini cum vidisset, eis inter alia colloquens dixit: Scitis, quia Rex Theodorici mortuus est? Cui illi protinus responderunt: Abit nos cum videntem dimissimus, & nihil tale ad nos de eo nunc usque perlatum est. Quibus Deo famulus addidit, dicens: Etiam mortuus est: Nam haesterno die hora nona inter Joannem Papam, & Symmachum Patricium discinctus, atque discalcianus, & vinculis manibus deductus, in hanc viciniam Vulcani ollam iactus est. Quod illi audientes, sollicitè conscriptum diem, atque in Italiam reversi, eo die Theodericum Regem invenerunt fuisse mortuum, quo de ejus exitu atque supplicio Dei famulo fuerat ostensum. Et quia Joannem Papam affligendo in custodia occidit, Symmachum quoque Patricium ferro trucidavit, ab illis iustè in ignem missus apparuit, quos in hac vita injustè judicavit. *S. Greg. lib. 4. Dial. c. 30.*

Joannes Cimachus narrat se in visitatione Monasteriorum Fratrem quandam, qui culinae curam habebat, reperisse singulari lacrymarum gratia praeditum; à quo cum sedulo sciscitatus fuisset, qua ratione tantum donum esset adeptus, demum precibus inductus Frater respondit: Se nunquam arbitratum in culinae ministerii servire hominibus, sed in suis Fratribus de Apostolis bene mereri; & ex ignis, qui in perpetuo cernebat, conspectu, vasti ignis inferni incendia animo versasse. Quae considerato uberes ex oculis lacrymas solebat elicere. *In Scala Spirit. grad. 4.*

EBROINUS magna impietatis homo, clericaturam abiciens, à Luxonio caenobio egressus, seductus sine dubio à spiritu mendacii, qui dixerat ei, quod duodeviginti annis viveret, copis undecunq; sibi aggregatis, principatum vi sub Theodorico Rege obtinuit, & continuo S. Leodegarii diversis penis affectum gladio percussit. Gerinum quoque fratrem ejus diu excruciatum petem, multos cogens in exilium, ablati facultatibus. Sed Ebroinus crudelitatem nimium sevens, ab Hermenfrido Franco intersectus est. Sed quomodo ejus animam excepit locus infernus, Adonem Viennensem ista narantem audi. Erat, inquit, tunc temporis vir oculis caecatus, unus

A unus de illis, quibus Ebroinus effuderat lumina, in Insula Lugdunenensis provinciae, quae Barbara dicitur. Qui cum nocturno tempore super ripam Sicannae fluminis orandi gratia resideret, audivit navigantium impetum, & magna vi brachiorum contra impetum fluminis insurgentium. Cumque interrogaret, quò navigium illud tenderet? vox in auribus ejus percrebuit, Ebroinus est quem ad Vulcaniam ollam deferimus: ibi enim facti sui poenas luet. Hoc idem vir audivit ad consolationem sui, ut sciret, quam poenam peccatores justorum sentirent, secundum illud Davidicum: Latabitur iustus, cum viderit vindictam. *Ado in Chron. etat. 6.*

Subeat animum inextinguibilis ille ignis, in Dei furore (ut loquitur Scriptura) succensus, qui succensus non indiget, & ardore quo impio ardus, non caret: cujus vel sola cogitatio peccati libidinem refrenat, & ut in Dei amore proficiamus, impellit. Ita Abbas Olympius, cum cellulam per exiguum incoheret, quam & altus impetebat, & cyniphum aculeata turba: rogatus, qui in ea tanto tempore moraretur? Libens, respondit, ista tolero, ut in futurum cruciatibus eripiar. Cyniphes quippe perfero, ut in mortalem effugiam vermem; ignem vero, sempiterni ardoris supplicia perhorrescens. *Ex Climac. in Prat. Spir. c. 14. Laur. Beyerlink in Apophtheg. Christian.*

Venerat ad Alexandrum Abbatem quidam ex fratribus Eremitis querulus, quòd accedia animae corpore infestaretur: ideoque locum mutare se velie affirmabat. Cui Alexander: Fili, signum est te neque colorum, neque inferorum regnum in mente habere: nam qui ista concipit, crede, accediam non sentit. *Ibid. c. 142.*

Et quis Franciscum Borgiam non eloquatur? Tertiana laborabat gravi & ardente: cumque altero ac nocterali die recurrens, ignis medullas concoqueret, & Equaniam, inquit, illos flammæ urunt, qui ob flagitia apud inferos aeternas poenas sustinent: quique expiant igne, cum certa beatitudinis spe purgantur? *Ex Ribad. Vita, c. 5. Idem.*

Prodat hic etiam Morus, vir, si alius ullus religiosus & timoratus, qui percontanti, quanam expeditum magis ad Inferos iter redderet? dicebat: Luxus & libido, quod etiam hoc disticho, Progymnasmatibus suis inserto, indicavit:

*Si quis ad inferos properat descendere. Manes, Huc iter accelerant Balnea, Vina, Venus, C. In Epigram. Th. Mori. Idem.*

Res mira quam refert venerabilis Beda. Senex quidam vitae restitutus in Eremum concessit: ubi supra hominem austerum & religiosum vitam duxit. Increpabant vicini, quòd se enecat, quibus ille in lacrymas solatus: O urinam vobis datum ea videret, quae ego vidi! certo certius assero, has poenas nihil esse ad aeternas illas, quae mihi vitæ. *Ex Beda de Gest. Angl. idem ibid.*

Hunc ignem jegerit proponere sibi sanctus ille Abbas in *vitis Patr. lib. 7. c. 44.* dicens: Ego ob peccata mea inferno ad judicavi meipsum, dicoque, Eito cum his quibus dignus es, istis post modicum annumeraberis. Video igitur ibi pares geminus & inextinguibilis lacrymas. Aspicio stridentes dentibus, & talentes toto corpore, & trementes à capite usque ad pedes. Video mare ignis bullentis immensibile, & circumfluens & mugientes, ut patent aliqui usque ad caelos attingere fluctus ignis, & in tremendo illo mari innumerabiles homines dejectos, & una voce omnes clamantes & ululantes simul, quales nemo super terram ululatus & voces unquam audierat, & sicut arenaria omnis virgulti cremaret: misericordia autem Dei se avertente ab illis. Et tunc lamentor genus hominum, quod audeat loqui, vel culibet atterere, tantis mundo repositus malis. Et in his teneo mentem meam, luctum meditans, indignum me caelo & terra iudicans.

Juvat hic subnectere fragmentum sermonis quem habuit *Basilius vere Magnus in Psal. 33.* de praesenti Argumento: Cum reinguit, invalerit appetitus peccandi, velim cogites horribile illud & intolerabile Christi tribunal, in quo praesidet iudex in alto & excelso throno: adstant autem omnis creatura, ad gloriosum illius conspectum contremiscentes. Adducendi etiam nos sumus singuli, eorum quae in vita gesserimus, rationem reddiduri. Mox illis qui multa mala in vita perpetrarint, terribiles quidam & deformes assident Angeli, igneos vultus praese ferentes, atque ignem spirantes, ea re propoliti & voluntatem accerbitatem offendent, nocti vultu similes, propter motorem & odium in humanum genus. Ad haec cogites profundum baratrum, inextinguibiles tenebras, ignem carentem splendore, verendi quidem vni habentem, sed privatum lumine: deinde verum genus venenum immittens, & carneum vorans, inextinguibiliter edens, neque unquam satietatem fen-

tiens, intolerabiles dolores corrosione ipsa insgens. Postremo, quod suppliciorum omnium gravissimum est, opprobrium illud & confusionem sempiternam. Haec time, & hoc timore correptus, animam à peccatorum concupiscentia tantquam fraxo quodam reptime, &c.

\* Infidelitas.

DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

I Nfidelitas sonat negationem fidei: cumque naturale sit homini habere fidem, contingit pluribus modis, in homine deesse fidem, qui omnes ad culpam, vel ad penam pertinent. Cum autem homo per infidelitatem maxime recedat à Deo & impediatur remissionem aliorum peccatorum, quia sine fide Deo placere est impossibile; merito Infidelitas censetur maximum peccatorum eorum, quae committuntur contra virtutes morales; alioquin odium Dei majus est, & desperatio ex parte nostra magis execrabilis & periculosa.

INFIDELITATIS SPECIES.

D. Thomas 2. 2. q. 10. art. 5. tres ponit species infidelitatis, juxta tres modos, quibus contingit aliquem reniti fidei. Vel enim renititur quis fidei nunquam à se suscepra; estque Paganismus: vel renititur fidei quam suscepra in figura, estque Judaismus: vel denique renititur fidei quam in veritate se habere & suscepra profiteretur, estque Haereticus. Turcismus vero ad Paganismum reducitur, cum sit discessio à Christiana Religione, idque ex professo.

De his speciebus Consule Locos & Titulos illarum in particulari.

\* Infinitum.

DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

I Nfinitum a Graeco, definitur Philosophia, id est, cuius semper aliquid extra rationem quantitatis accipi potest. Ita *Arist. lib. 3. c. 7. Physic.* Et confirmat hanc descriptionem ex communi hominum sensu, qui annulos dicunt infinitos qui pala carent, eò quòd quantumcumque volvas, finem non reperias. G

VARIAE DE EO OPINIONES.

Fuit veterum quorundam aeternitatem mundo affingentium error, dari infinitum secundam quantitatem. Attamen illud actu non dari, verissimum est, sed potentia: quale est continuum, tempus, motus, numerus, quae actu sunt finita; habent enim partes politas in continuo fluxu, & nunquam omnes simul existentes, ita ut semper sit aliqua pars in potentia. Infinitum secundum substantiam est unus solus Deus, cujus essentia est infinita perfectionis & virtutis, ac totius entis perfectionem includit. Praeter Deum nulla datur substantia infinita.

PLATO ponebat Ideas infinitas: Pythagoras verò ponebat infinitum in spatiis extra caelum.

SPECIES.

Infinitum est duplex: Infinitum actu & infinitum potentia. Infinitum actu definitur, quod sine fine potest dividi divisione progrediente per partes aequales, quas simul habet. Infinitum potentia dicitur, quod quidem actu finem habet, sed potest tamen sine fine dividi per partes proportionales. Dividit infinitum potentia in infinitum potentia additione, & infinitum potentia divisione. Prus est, quod in infinitum potest augeri partium additione. Posterior, quod potest in infinitum dividi, quale est continuum: exemplum verò prioris est numerus.

Ingenium. Indoles.

DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

I Ngenium, Graeco *νοησις*, & *δωρεσις*, industrius & ingeniosus dicitur. Est autem ingenium extenso intellectu ad intellectuum cognitionem. Ingenium significat proprie naturam cuique ingentiam. *Terent.* Nam qui cum ingenio constitatur ejusmodi, id est, cum hominibus ejusmodi naturae; unde & à gignendo nomen habet. *Cicero* hac voce appellat omnes animae facultates, *lib. 5. de finib.*

APOPTHEGMATA.

ISOCRATES pueros candidos, ac felici ingenio natos, appellare solebat *δωρεσις*, id est, Deorum filios: eò quo hominis